

S. D. Quantum dolorem ex literis parentis de obitu charissimae  
matris scriptis traxerim, puto te doctissime ac humanis-  
sime Domine Praeceptor me etiam tacite satis intelligere,  
& ex tuo animo huiusmodi calamitatibus multis iam  
annis grauius excecitato, comperturam facere; praesertim  
hoc tempore, quo propter immaturam nepotis tui mortem  
super tibi nunciatam, summum marem tecum circumferes.  
Equidem me domestica haec calamitas ita afflixit, ut  
tam de mentis iudicio quam de corporis viribus &  
valemidine perditarij nunc videar. Simul enim &  
animi vigorem paulatim exinguij & ~~corporis~~ omnium  
membrorum actiones in me languescerij sentio.  
Etsi vero eas consolationes quae & diuinis tradi-  
tae & tuis emendissimis literis ad me prescriptae sunt,  
diligenter mihi propono, meumq; animum a cogitatione  
maximam miseriae praesentium & impendentium  
abducere cupio, tamen nulla ratione vel dolorem  
meum sans reprimere, vel memoriam & desiderium  
maternae consuetudinis depomere possim. Acuit autem  
do magis cum fratrum & sororum recordatio,  
tum vero praecipue commiseratio patris, quum aetate  
& curis grauatim in summo nunc Luctu vivere  
non dubito, postq; coniuge suam amisit, quam an-  
nis fere viginti septem incredibili amore complexus est,  
& omnium vnae periculorum & commodorum sociam habuit.

C 107 L 221

Hæc gravissima cogitatio me potissimum exercet, quæ cum mihi,  
me inanis sit, semper ob oculos mihi versatur, & a me  
etiam volente relinquere non potest. Etsi autem Longam Epist.  
dam in patriam misi, variisque argumenta ad leniendum  
parentis dolorem collegi, tamen & pietas mea, domesticorum  
negociorum ratio, ac amicorum etiam consilia me domum  
redire & iter quam primum suscipere cogunt. Cum enim  
singulari DEI beneficio patrem meum confirmidum & pro-  
sentia plurimum semper delectatum esse sciam, & valetudi-  
nem eius ita afflictam nunc esse intelligam, ut de vita  
eius etiam periculum sit, in tanto discrimine eum non de-  
screendum sed omnibus potius officiis & studiis reverenter  
a me fovendum & tractandum esse arbitror. DECEPUS  
igitur DEO iuvante me Bishopus nostris intra paucas  
septimanas Francofordiam profecturus, adiungere, semm.  
optimum iuvare, & præcipiam domesticarum curarum partem  
& laborum molem in me derivare, quam post matris  
præmemoriae interitum, non sine maximo valetudinis de-  
trimento patrem solum nunc suscipere audio. Id idcirco  
tibi significandum esse dixi, partim ut te meorum con-  
siliorum auctorem, meorum studiorum gubernatorem  
de meo proposito consulere, partim etiam ut hac ratio-  
ne commodam tibi scribendi ad patrem occasionem  
præberem, quam ne negligas te per gloriam DEI  
& nostram salutem obtestor & oro. Scio enim parentum

2  
maximam aegritudinis suae lenationem ex tuis literis pre-  
cepturum esse, quas avidissime ab ipso expectari Episto-  
la ad te data illustri testimonio ostendit. Idcirco enim  
maeroris & luctus causam tibi homini amicissimo statim ex-  
ponendam esse iudicavit, ut tanquam medicus praestantissimus  
cognito morbo praesentissimis aliquot remedijs ej succu-  
reres, quibus cum optime te instructum esse scias,  
& DEO officium gratum praestiteris & nos miseros orpha-  
nos omnium ope destitutos magno beneficio affeceris, si  
senem optimum ac de Ecclesijs ac republica omnium iudicio  
bene meritum, tua consolatione erigere studueris.  
Optarem autem te tuum etiam de studijs & vita mea iu-  
dicium ej significare, et pro singulari tua erga me be-  
nivolentia, cuius multa non obscura argumenta extant,  
eum diligenter rogare ne ab inchoato studiorum meorum  
cursu me deflectere cogat. Huius meae petitionis  
multas gravissimas causas habeo, quas ad te virum  
occupatissimum scribens hic non exponere. Eji vero  
spero me, si fata vitam mihi concesserint, intra paucos  
menses in hac Academiam nostram repositurum esse:  
tamen cum de reditu meo nihil certi adfirmare auserim,  
ac mihi in parvam proficiscenti multorum literis ac  
tua potissimum honorifica commendatione ~~mihi~~ opus fore  
intelligam, summa necessitas me verecundiae limites  
transire, & molestissimum tibi officium imponere cogere, quod

quod quale sit intelligis. Reuerenter enim peto me publico  
testimonio tua manu scripto et sigillo confirmato ornari,  
quo aduersus et doctorum hominum Amicitijs me infirmare, et  
~~aduersus~~ maleuorum calumnias mea fama insidiantes, fortiter  
refutare possim. Hoc beneficio te studijs meis, quae hactenus  
tua solius opera promotae sunt, minus non defuturum, summa  
humanitas tua et faciltas qua scribendi laboris suscipere  
soles, mihi pollicentur. Ego etsi pro innumerabilibus me-  
is tuis quae quidem nec ~~agere~~ ~~non~~ satis intelligo, parem  
tibi gratiam referre non possim, tamen hoc tibi certo  
pollicor me manibus pedibusque elaboraturum, ut olim intelligas  
nullum officij genus a me praetermissum esse, quod a  
gratisimo discipulo expectari, et a mea tenuitate postari  
poterat. Num aliam rationem meam voluntatem declarare  
non possim, quam ut pia praedicatione tuas victimas  
et benemerita in me collata, omnibus amicis p'cham:  
Quod ut faciam de mea voluntate, quae certe ~~agere~~  
crimen semper horruit, ~~sponte~~ incute, et diuino manda-  
to quo grauisissima poena ingratia denunciantur, mouer.  
Sed de meij erga te animi obseruancia antea tibi non igno-  
ta plura hic non addam, ne Longior epistola legendi  
potius tamen quam rescribendi studium in te exitem.  
Ad alia igitur minus ueni. Quod ad domestica negotia  
attinet scripserunt ad te accuratas Literas Magnificus  
~~dominus~~ Dominus Rector et M. Thlmannus consularis  
nostre: Quare suprualampum esset statim coram tui  
subnectere. Literas tuas de imitatione mense instruenda

3  
cum summo dolore sensu legimus: Et quamvis sodalium  
nostrum aere ducilli simimus, tamen voluntati-  
nostram gerendum & tempori inserendum nobis esse  
intelligimus. Ac speramus fore ut post tuum redi-  
tum, (quem propedem speramus & vocis gemitibus  
exoptamus), in eadem mensa benei coniungamur, &  
tuo gratissimo conspectu ac colloquijs rursus fruamur.  
Interque tibi Clarissime Dominus praecipue & meo &  
omnium coniunctorum nomine immortales gratias ago, quod  
& hospitium ac victum tam corporibus quam animis con-  
venientissimum, hactenus humaniter nobis praebisti, &  
tuam erga nos benivolentiam perpetuam fore tuis literis  
ad nos scriptis promisisti. Pollicor etiam dantes nos  
operam ne vicissim vel ingrati fuisse vel hospitij  
inica vlla in te volasse videamur. DEVM  
autem aeternum patrem domini nostri Iesu Christi cum  
tota Ecclesia nostra oramus, ut propter nominis sui  
gloriam & Christianae Republicae salutem se ab  
omnibus periculis clementer custodiat, & scholas nostras  
salvum ac incolumem benei restituat. Bene vale  
humanissime D. praecipue & mea studia meo patro-  
cino fore. D. Magistro Caspa: Penaro & M. Bar-  
tolomeo salutem ruerentem opto, tibiq; & epistola  
consolatoria ad me missa, quam Lachrymis made-  
factam perpenni metu in sum gesto, omnia mea officia

~~hinc~~ amea debita defero. Nimirum aliam abs te expecto  
quam si his literis impetrare poterco, Troiam me  
cepisse p̄ntabo. Jerum vale. Data raphm Witten-  
berga VII Calend. Februarij Anno 1552.

T. H.

dedisti discipulis

Jacobus Schwarz

XVI.  
Clarissimo viro, pietate ac doctrina  
excellenti praeclito D. Philippo Me-  
lantio Evangelij Jesu Christi  
Stauratorij & omnium honestarum  
artium propagatorij, domino ac  
praecceptorij suo perpetua obser-  
vantia colendo.

Schwarz  
1552.

